UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Parochus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

lia, aut beneficia Eccleſiaſtica, etiam iuris patronatus,& quæ alia cuiuſcumque qualitatis ſint,& conditionis conſtituere,erigere, deſtruere,aut tollere,neque in totum,neque in partem etiam minimam, niſi ſolus Papa, aut ex eius commiſſione. addit. Nou.cap. 27.num.13.

PARAPHERNVM; vide Bona.

PAROCHVS.

PAROCHVS Epiſcopo abſente poteſt diſpenſare in ieiunio,cap.21.num.21.

Suſtentandus eſt à Dominis terrarum (in quibus degunt diſcedentes à Sarracenis) capientibus redditus Eccleſiaſticos.c.25.n 27.

Debet prædicare,& tenetur de iure diuino.cap.25. num. 121.& debet id facere ſaltem diebus Dominicis,& feſtis ſolemnioribus.num.185. Habet enim facultatem concionandi, & illam poteſt dare, quoad ſuam parochiam alteri noto,& approbato.n. 141.

Parochus non poteſt excommunicare. Et peccat mort. negans Sacramenta petenti, aut non dans licentiam confitendi alteri nu.131.

Tenetur confeſſionem, & communionem miniſtrare ægroto, etiam peſte laboranti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ranti.nu.133.

Non tenetur quotidie, nec omnibus diebus, quibus commodè poſſet, miſſam celebrare: tenetur tamen omnibus feſtis de præcepto ſeruandis. Eſt etiam ſeruanda conſuetudo, quæ circa hoc viguerit, ad quam tenebitur parochus. nu.134.

Tenetur infra duos menſes à die poſſeſſionis, coram Epiſcopo, vel eius vicario profiteri fidem. nu.136.

Parochialis Eccleſia non eſt prouidenda, niſi per oppoſitionem præuio examine. nu. 139.

PARTICIPATIO. Aliquis dicitur participare alterius peccato his nouem modis, iubendo, conſulendo, conſentiendo, laudando, recipiendo, adiuuando, non impediendo, occultando, non manifeſtando. cap. 11. num.13.

Participans peccato, non ſemper incurrit cenſuras, nec obligationem reſtituendi, quas principalis auctor incurrit. ibidem.

PASSIO. De paſſionibus animæ, vide, Anima. Pœnitens examinandus eſt circa paſſiones eius an ſint mortales, necne: niſi aliàs id coniecerit Confeſſor. addit. Nouo Præl. 5. num.11.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN